

böhmischen Gesandtschaft, eine eigene aus mehreren Gubernatoren zusammengesetzte böhmische Regierung zu bilden. Diesen Vorschlag nahmen die Böhmen an und erwählten auf einem Landtage am 2. Februar 1441 eine einstweilige Statthalterschaft, welche eben aus den genannten Häuptern der beiden Parteien, aus Meinhard von Neuhaus, einem eifrigen Katholiken und Hinko Ptacek von Birkstein und Rattay, dem Führer der Utraquisten, bestand und demnach Böhmen nicht einigte, sondern in der Trennung erhielt. So folgte in Böhmen, was die Kron-Angelegenheit betraf, eine ruhigere Zeit, welche jedoch der Königin-Wittve nicht zu gute kam, da sie in die ungarischen Händel mit Wladislaw von Polen verwickelt blieb und bereits am 24. December 1442 starb¹⁰⁾. Ihre Mutter Barbara endete fast neun Jahre später gleichfalls ihr unrühmliches Leben; sie starb zu Melding oder Grätz den 11. Juli 1451¹¹⁾.

Hielten sich auch die Lausitzer von diesem böhmischen Parteiwesen fern, welches jetzt gleichzeitig den Thron und die Religion betraf, so litten sie doch immer gleichen Antheils unter den anarchischen Zerrüttungen, welche die

nostra interpretatus est Jussi sumus ex conventu paullulum abire, mox revocatis responsum datum. Redditae Imperatori gratiae, qui eam legationem misisset, atque in dimittendo Rege Bohemos praeferret caeteris. Accipere se bene consulta consilia, missuros ex Nobilitate sua primarios juvenes, qui Caesarem Italiam petentem sequantur, eique ministrent. Expectaturos quiete reditum, quem felicem faustumque Superum benignitate futurum exoptent.

¹⁰⁾ Chron. Joh. de Gubin in N. Scriptt. Rer. Lus. T. I. p. 70. „Anno Domini XLII. ff. an der mittwochen vor Thome vor weynachten, ist vnsre gnedige frawe, die konigynne, czum Rabe gestorben.“

¹¹⁾ Ibid. Caput LIX. p. 144. 145. De morte Barbarae Imperatricis, uxoris Sigismundi. „Apud Grecium Barbara Imperatrix ea tempestate decedit, inexhaustae libidinis mulier, quae inter concubinas illaudatum aevum publice agitans, saepius viros petiit, quam peteretur, neque Christianae, neque alteri cuiquam religioni astricta, quippe quae superos inferosque ullos esse negabat. Ferunt tam ancillas suas saepe orantes jejunantesve increpasse, quae corpus suum frustra macerarent, fictumque coeli numen placari verbis crederent. Vivendum suaviter, dum vita suppetit, fruendumque voluptatibus. Id tantum homini datum, cujus anima cum corpore simul extinguitur: somniare qui alteram vitam sibi promittunt. Congrua moribus sententia. Nam qui relicto animi cultu, voluptati corporis se dedere, gravati vitiorum sarcina, non quibus explicent, vitamque corrigant, sed quae coeptum iter approbant, ea dogmata facile imbuunt. Neque inquinatis mentibus solamen ullum valentius, quam si totum extingui morte hominem opinentur. Una salus desperanti coelum, inferos non timere. Corpus Barbarae, quamvis infidelis foeminae, Bohemi Pragam tulere, peractoque funere, in sepulchris Regum condidere. Nec defuere sacerdotes, qui prophanum cadaver Ecclesiastico ritu sepelirent. Non sunt Regibus scriptae leges, nec in Bohemia quicquam non permissum. Fredericus postquam quieturos Bohemos intellexit, quorum motus inprimis verebatur, reclamantibus Hungaris et Australibus, assumpto secum Ladislao Rege, Italiam ingressus, Australem coronam a Nicolao V. Pont. Max. Romae accepit. Exin visitato apud Neapolim Rege Alphonso, cujus tum opes florentissimae fuerunt, cujusque neptem in matrimonium duxerat, Leonoram Regis Portugalliae filiam, moribus ac forma praestantem, domum rediit. In eo itinere Ladislaus saepe fugam molitus est, consilio Paedagogi fretus, cum quo postea captus, usque in hunc diem custoditur in vinculis.“ (Vergl. über dies Letztere Mailath Gesch. von Oesterreich. I. S. 263 f. Menzels deutsche Gesch. VI. 224, es wurde das Vorhaben in der Beichte verrathen und dem Papste angezeigt, der es hintertrieb. — Pfister I. Gesch. III. 520.)